

PRÆFATIO

sis autoritas sensim obscurata est, ac evanuit.

Successorem habuit Ansgarius ex clero & populi electione adoptivum filium Rembertum, cujus memoria Frisonibus grata, quiq; miraculis clarus, & præcipuam curam in eleemosynis pauperum & redemptione captivorum habuisse dicitur, anno 885.

Excipit Rembertum Adalgarius coadjutor an. 888 à clero & populo electus. Cui, cum Pastorale officium circummeūdo, prædicando & consecrando Episcopos, obire non posset, dati sunt adjutores à Pontifice circumvicini 5 Episcopi.

Quem post annos XXI. in templo D. Michaelis, quòd fundârat, sepultum, Hojerus vir in exigenda disciplina severus, anno videlicet 909:

Quem Reginvuardus sequitur 919.

Eodem anno à Cæsare creatur Ar-

(c) 2 chi-